



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCLXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

reditariis, ita probat tex. quem ibi ad hoc notat Bar. ubi dicit de illo tex. semper interrogasse rusticos, in l. cum debitum, C. de iure de lib. & ibi hoc tenet doct. ita etiam per illum text. tenet Mathesius nota, xxxv. Ias. in l. frater a fratre, nu. 42. in j. lect. ff. de condic. in deb. & ibi Bart. etiam vult qd filius recipiendo debitum quod patri debebatur etiam naturaliter, dicitur adire hæreditatem, eo quia dicitur setur actus qui non potest fieri citra ius & nomen hæredis.

REGVLA CCLXXVIII.

EXHEREDATIO debet esse pura: & si sit sub conditione, nihil valet. Hanc reg. probat tex. in l. & si pepercerit, in §. pure, ff. de lib. & posthu. & in l. si quis Sempronium, in fi. & in l. iam dicitur, ff. de hered. insti. & in l. sub conditione, ff. de bon. poss. contra bu. De iure regio probatur in l. iij. tit. 7. par. 6. Circa quã reg. vide Angel. de Gambellio, in tract. de testa. in glo. 74. nu. 4. Ioan. Guald. in tract. de arte testandi, tit. iij. cautel. iij.

Hanc reg. amplia duobus modis, & limita aliis duobus modis, ut per Ias. in d. §. pure nu. 9. vsque ad fin.

REGVLA CCLXXIX.

EXISTENS in quasi possessione presentandi, semper habet ius presentandi in habitu: in actu vero non, nisi ecclesia vel beneficium vacet. Hanc regu. probat gloss. in c. pax mentis, 16. q. 7. ubi probatur, qd ius presentandi semper est penes patronum in habitu, non tamen in actu, & ita expresse tenet Lambertus, in tract. iuris patrona, in j. par. ij. lib. in vj. q. prin. arti. j. nu. 2. fol. 190. col. ij. tamen qd hoc ius presentandi non habeat in actu nisi a tempore vacationis, probat tex. in c. illud, de iure patrona, & expressius in c. si, de consecratio, preb. & ibi Ioan. And. Car. & Abb. Roma. in con. cccclxv. Et quando ecclesia dicatur vacare, ponit idem Lambertus, in j. par. ij. lib. art. vj. q. princ. fol. 160. & supra in reg. lxxj. fallen. v.

Hanc regul. ampliat duodecim modis, & limitat duobus modis, Lambert. in tract. iuris patro. in j. par. ij. lib. in xxij. artic. vj. q. princ. cipa. nu. 7. fol. 213. col. iij.

REGVLA CCLXXX.

EXEMPLVM non facit plenam fidem. Hanc regu. probat tex. inc. j. & ibi doct. de fide instru. text. in Auth. si quis in aliquo, & ibi glo. Bar. & Doct. C. de eden. glo. in l. ij. C. de fide instr. & in c. ex inquisitione, in glo. ij. de rescript. Et circa hanc regu. & eius materiam notab. & melius quam alibi vide, ubi eam declarat Casol. Molinæ, in consuetu. Parisien. §. v. nu. 1. cum aliis. Hanc